



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

A sole exustam faciem quomodo albam reddes. Cap. XIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

DE MVLIERVVM COSMETICA. 373

præliaturis scribit Cæsar, qui se glasto herba inficiebāt,
à Theophrasto isatis dicta, à nobis *guado*. Et apud Græ-
cos mulieres se glasto tingebant, auctore Xenophonte,
& temporibus nostris Indi occidentales. Anchusē radi-
ces messibus sanguineum succum plorant, quod mu-
lieribus non incognitum, quæ iucundo colore vitia
palloris occultant, vt nimium faciei candorem hoc su-
co mentiantur.

Ad nimium faciei ruborem diluendum.

CAP. XVIII.

DIXIMVS quomodo coloretur facies, nunc verò
quomodo decoloretur, quum scilicet nimius rube-
bor corpus occupat, idq; à valde rubicundis mulieribus
expetitur. Accipe modum, quò

nimium faciei ruborem diluere

possimus. Accipe vncias quatuor nucleorum persico-
rum, & seminum cucurbitæ mundatorum vncias duas,
tere, ac fortiter exprime, vt oleaginosum liquorem eli-
cias, quò mane, ac vesperi faciei carbunculos, ac rube-
res tanges, & paulatim disparebunt, & emendabuntur.
Accipe

aliud.

Violæ purpureæ, cortices ouorum, vitri spuma, caphu-
ra, cum aqua remiste distillentur, aquam sub dio serua-
to, & in rubore lauato. Præterea liliorum alborum ril-
latitiam aquam ruborem extinguere nouimus.

A sole exustam faciem quomodo albam reddes.

CAP. XIX.

QVVM mulieres sub dio spatiantur, & æstare itine-
ra conficiunt, ex vnius diei contracto Sole induci-
entur in cute nigredo, quæ ægerrimè discutitur. Nos ad id
hoc adiuuamus

Experimentum.

Albumina ouorum circiter decem diuerberato, quous-
que in aquam abeat, quibus adde sacchari cadi vnciam
vase vitreo oblito, & quum cubitū pergis, line faciem,
mane abluc fontana aqua. Tradit & Plinius